In nomine domini amen. Nos Nicolaus de Lzechel licenciatus in decretis canonicus vicariusque in spiritualibus et officialis generalis Sancte Ecclesie Gneznensis iudex commissarius
cause et partibus infrascriptis a Sede Apostolica specialiter deputatus per hoc presens publicum instrumentum nostram sententiam diffinitivam in se continens notum facimus presentibus et futuris quibus expedit universis quomodo litteras commissionis
Sanctissimi in Christo patris et domini domini Calixti divina providencia pape tercii eius vera bulla plumbea in cordula canapis more Romane Curie subappendentis bullatas sanas salvas et integras non viciatas non cancellatas
nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes nobis pro parte providorum advocati proconsulis consulum et universitatis hominum opidi Radzeow Wladislauiensis diocesis in huiusmodi litteris apostolicis principaliter
nominatorum coram notario et testibus infrascriptis presentatas nos cum ea qua decuit reverencia recepimus huiusmodi ut sequitur sub tenore. Calistus episcopus servus servorum dei dilecto filio preposito ecclesie Gneznensis et Officiali Gneznensi
salutem et apostolicam benediccionem. Sua nobis dilecti filii advocatus proconsul consules et universitas hominum opidi Radzeow Wladislauiensis diocesis peticione monstrarunt quod olim [illegible] vicarii in ecclesia Ploczensi falso asserentes quod advocatus
proconsul consules et universitas predicti super quibusdam annuis redditibus et rebus aliis [illegible] eisdem Apostolica super ad prepositum ecclesie beate Marie in Lowicz eiusdem diocesis eius proprio nomine non expresso in communi forma
litteras impetrarunt ac pretendentes [illegible] quod dicti advocatus proconsul consules et universitas tempore date dictarum litterarum ac etiam tunc certos annuos redditus tunc expressos ex causis tunc etiam expressis ipsis communiter
annis singulis solvere legitime tenebantur quodque ipsi a solucione redditum huiusmodi aliquamdiu cessaverant eosdem advocatum proconsulem consules et universitatem super hoc petentes eos condempnari et compelli ad solvendum ipsis huiusmodi redditus
non solutos ac decerni et declarari eos ad solucionem redditum huiusmodi in futurum annis singulis ipsis vicariis [illegible] coram Nicolao de Kyelkowicze preposito dicte ecclesie beate Marie litterarum huiusmodi pretextu traxerunt in
causam. Et postquam ipse prepositus in causa huiusmodi usque ad conclusionem inter partes ipsas processerat [illegible] custodi dicte ecclesie beate Marie [illegible] ipse prepositus super hiis commisit totaliter vices suas in huiusmodi causa perperam procedens diffinitivam
pro prefatis vicariis et contra eosdem advocatum proconsulem consules et universitatem sententiam promulgavit iniquam eosque in expensis in causa factis nichilominus condempnando illarum taxacione sibi imposterum reservata. A quaquidem
sententia pro parte eorundem advocati proconsulis consulum et universitatis ad Sedem Apostolicam extitit appellatum [illegible]
ipsam confirmare vel infirmare appellacione remota curetis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno
incarnacionis dominice millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo octavo Quinto Kalendas Iulii Pontificatus nostri anno quarto. Vigore et auctoritate quarum commissionis litterarum ad instanciam predictorum advocati proconsulis consulum et totius communitatis hominum opidi
Radzeow honorabiles dominos universos vicarios perpetuos in ecclesia Cathedrali Ploczensi totamque ipsorum universitatem nostris citacionum patentibus litteris ad dicendum et opponendum quicquid verbo vel in scriptis contra predictas nobis presentatas commissionis litteras
[illegible] ac ad impugnandum easdem necnon ad procedendum et per nos procedi videndum ad omnes et singulos actus et terminos iudiciales gradatim et successive usque ad conclusionem et sententiam diffinitivam inclusive. Ad certum
terminum peremptorium et competentem ad nostri presenciam citari fecimus et evocari. Quo termino veniente [illegible] Magister Iohannes de Wylczyna causarum consistorii Gneznensis et dictorum advocati proconsulis consulum totiusque communitatis opidi predicti
Radzeow legittimus procurator de cuius procuracionis mandato apud acta cause huiusmodi doctum est per legitima documenta repetitis dictis commissionis litteris citacionem verbo et oblata [illegible] in iudicio debite executam dictorum dominorum vicariorum
Ploczensium contumaciam accusavit et in eorum contumaciam nos provideri iudicem partibus competentem [illegible] dominus Stanislaus vicarius canonicalis de Ploczka [illegible]
dictorum dominorum vicariorum in ecclesia Ploczensi Cathedrali confrater et procurator legittimus de cuius procuracionis mandato apud acta cause facta est plena fides per legitima documenta et nomine procuratorio nolens se ponere ad causam
appellacionem a citacione nostra ab auditorio nostro emanata et prefixione termini impositam nobis insinuando petivit sibi super appellacione sua et apostolos dari [illegible] parte adversa instante pro insinuacione [illegible]
Nos tunc auditis partibus huiusmodi oppositionibus [illegible] dominus procurator dictorum dominorum vicariorum nullas racionabiles causas allegavit quibus obstantibus appellacionem suam deduxisset et recepissemus causam. Et quia absque [illegible] aliquo appellacione [illegible]
[illegible] desistere nolentes per nostram sententiam interlocutoriam pronunciavimus nos esse iudicem partibus competentem in contumaciam citatorum decrevimusque ad ulteriora fore procedendum. Subsequenter [illegible] magistro Iohanne Wylczyna causarum consistorii Gneznensis
et dictorum dominorum advocati proconsulis consulum et totius communitatis Radzeow legittimo procuratore pro complemento iusticie instante prefatos dominos vicarios [illegible] per edictum publicum et alios ipsorum procuratores si quos habent in civitate Gneznensi per alias nostras
citacionum litteras ad valvas sive portas ecclesie Gneznensis primo ad videndum offerri et poni libellum ac deinde eundem impugnandum ac ad causam admitti sibique tradendum et habendum pro responso ad litem super eodem contestandum et deinde ad offerendum articulos
eisque contradicendum et alias ad causam admittendum et ipsis tradendum et pro responso huiusmodi [illegible] ad videndum et audiendum certa [illegible] privilegia instrumenta et alia munimenta pro verificacione articulorum predictorum producta et exhiberi vel ad dicendum
causas racionabiles quare producta produci offerri et ad causam admitti non debeant ac certos et diversos terminos se immediate sequentes gradatim et successive coram nobis citari fecimus et evocari. In quorum quolibet huiusmodi termino prefatus Magister Iohannes de Wylczyna
procurator quo supra et nomine procuratorio repeditis dictis citacionum litteris in dictis terminis in eisdem designatis debite per edictum publicum executis dictorum dominorum vicariorum Ploczensium et aliorum ipsorum procuratorum si quos habuisset in loco et civitate Gneznensi pro eisdem
contumaciam accusavit et in contumaciam ipsorum premissa gradatim et successive produxit petens ad causam admitti et ulteriores citaciones per edictum decerni. Tenor vero dicti libelli de verbo ad verbum sequitur et est talis. Coram vobis venerabili viro
domino Nicolao de Lzechel licenciato in decretis canonico vicarioque in spiritualibus et officiali Gneznensi generali iudice commissario a Sede Apostolica deputato procurator et nomine procuratorio nobilium et providorum Nicolai Iandrowsky Alberti Stanowinsky advo-
catorum Iohannis Iaroszka proconsulis Andree Swekzola Stanislai Mathie et Iohannis Dowczek aliorumque consulum et scabinorum ac totius communitatis opidi Radzeow diocesis Wladislauiensis et contra honorabiles Paulum de Orlow vicarium Bartholomeum Stanislaum
Helbigam Mathiam de Hyrnowo Nicolaum de Drobnino Iohannem Zelonka Nicolaum de Buchay ac totam communitatem vicariorum Ploczensium proponit ac posiciones et articulos infrascriptos pro predictis dat facit exhibet et ponit dans etiam
narratione et disposicione communiter et divisim petens singulariter singulis per partes adversam per verbum credit vel non credit medio iuramento responderi. Et si negati fuerint probare intendit non astringens se et partes suas ad aliquam superfluam
probacionem sed solum ad ea que pro intencione cause partium suarum sufficere videantur de quo solempniter protestatur et non aliter nec alio modo. In primis igitur ponit procurator predictus et si negatum fuerit probare intendit. Quod prefati vicarii Ploczenses
obtenta commissione a Sede Apostolica in personam venerabilis viri ac religiosi domini Wenceslai Abbatis Monasterii Sancti Adalberti in Castro Ploczensi contra prefatos advocatum proconsulem consules ac totam communitatem opidi Radzeow de facto impetrarunt contra
[illegible] duodecim marcas ut dicitur obligatam coram quo eciam Abbate asserto iudice commissario pro parte prefatorum opidanorum Radzeowiensium fuit in excepcionibus iuris [illegible] et allegatum quod actor debuisset [illegible]
quo etiam asserto iudice delegato prefati opidani Radzeowienses in causa procedere renuerunt [illegible] allegacione capituli sexti in Rescripto Statuimus. Cum tunc Wenceslaus Abbas assertus iudex commissarius in [illegible] prefatorum vicariorum Ploczensium processum contumaciae contra
[illegible] et reaggravacionis contra prefatos opidanos Radzeowienses emisit et fulminavit sic fuit et est verum notorium publicum et manifestum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod post huiusmodi prefati Wenceslai Abbatis processum [illegible] parte prefatorum opidanorum
communitatis opidi Radzeow fuit et est ad Sedem Apostolicam appellatum et [illegible] in [illegible] coram Sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Urbano felicis recordacionis papa sexto fuerint deducta et exposita ac Rescriptum seu commissio in
personam venerabilis domini Nicolai Custodis ecclesie Collegiate Lanciciensis fuerint et sint impetrata contra prefatos vicarios Ploczenses et obtenta sic est et fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod post huiusmodi rescripti parte prefatorum opidanorum obtentam [illegible]
peticio seu libellus per Magistrum Petrum de Zawychosth [illegible] et procuratorem consistorii Gneznensis coram prefato domino Nicolao Custode [illegible] commissionis fuit porrecta contra quem etiam libellum parte prefatorum vicariorum Ploczensium fuit per procuratorem ipsorum exceptum
et contra partem opidanorum Radzeowiensium contra predictas excepciones extitit replicatum sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefatus dominus Nicolaus Custos Lanciciensis iudex commissarius non attentis [illegible] qualibus excepcionibus [illegible] parte
vicariorum dans se iudicem partibus pronunciavit competentem vigore predicti Rescripti et prefatos opidanos de Radzeow a processibus prefati Wenceslai absolvit et in causa coram se procedere mandavit. Inhibicione [illegible] premissa sic fuit verum. Item ponit et ponit
procurator ut supra quod prefatus dominus Nicolaus Custos iudex commissarius citacionem decreta parte prefatorum opidanorum et contra vicarios Ploczenses perpetuos procuratorem [illegible] opidanorum et vicariorum ad nonnullos actus iudiciales gradatim et successive processerunt
sic fuit et est verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefate partes per ipsorum procuratores de quorum consensu in litteris et sigillis plena fides et facultas constabat volentes parcere sumptibus impensis et expensis de consensu prefati domini Nicolai Custodis iudicis commissarii
ac [illegible] domini [illegible] ducis Mazovie et Cuyavie [illegible] concordiam amicabilem per sententiam arbitralem de anno domini millesimo Tricentesimo Nonagesimo sint amplexati ipsam etiam emologando et approbando sub pena ducentarum sexagenarum
grossorum pragensium partis convenientis solvendis sic fuit verum. Item ponit procurator ut supra quod in primo articulo deducta [illegible] amplexata [illegible] concordia per venerabiles et honorabiles dominos Iohannem de Lang vicedecanum [illegible] vicecustodem Nicolaum [illegible] Petrum Nayl
[illegible] Nicolaum [illegible] prochialis ecclesie Sancti Bartholomei in Ploczka Andream [illegible] Wylhelmum Michaelem Stanislaum de Lagnewnika et Iacobum de Ploczka canonicos et vicarios arbitros arbitratores ac amicabiles compositores inter prefatas partes
[illegible] opidanorum et vicariorum sub pena predicta vallata ducentarum sexagenarum emologata et approbata prefati vicarii pene predicte vallate contravenientes primo ad presenciam venerabilis domini decani Warschowiensis vigore commissionis asserte a Sede Apostolica procedendum
[illegible] prefatos opidanos in causam traxerunt sinistre et dolose sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod expost pendente lite et causa introducta coram prefato domino decano Warschowiensi sentiens se prefati vicarii Ploczenses [illegible]
[illegible] aliam commissionem talem qualem de facto a Sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Nicolao felicis recordacionis papa quinto recedentes a commissione predicta in personam venerabilis domini Nicolai de Kyelkowicze [illegible] prefatos opidanos in expensis
[illegible] per longam distanciam [illegible] vigore pretense commissionis in causam traxerunt et [illegible] domino Nicolao [illegible] domini Regis Polonie [illegible] actus tales quales in contumaciam fecerunt sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod
prefati vicarii Ploczenses tenentes [illegible] pro adcitando prefatos vicarios sine [illegible] parte prefatorum opidanorum in Radzeow in Castro [illegible] tunc prefati vicarii [illegible]
in rumoribus et clamoribus ipsis [illegible] imposuerunt et intulerunt sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefati domini Iohannes de Lang vicedecanus [illegible] vicecustos et alii canonici et vicarii de Ploczka arbitri et arbitratores inter partes [illegible]
arbitralem sub pena predicta vallata ducentarum sexagenarum tali sub tenore ferentes laudarunt et pronunciarunt expensas inter predictas partes fatigas et impensas compensando et ipsos opidanos opidi Radzeow [illegible] liberos fecerunt ac prefatos opidanos [illegible]
ab omnibus impedimentis et [illegible] vicariorum [illegible] in sententia arbitrali [illegible] et subscripcione eiusdem sigilli et instrumenti publici [illegible] sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod vigore commissionis in personam prefati
[illegible] Nicolai [illegible] ad actus [illegible] et [illegible] prefati opidani [illegible] prefati vicarii Ploczenses presentant et sententiam [illegible] prefato domino Nicolao asserto commissario optinuerunt a qua etiam sententia parte prefatorum opidanorum
fuit et est ad Sedem Apostolicam in tempore [illegible] et appellatum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod [illegible] coram prefato domino Nicolao Custode Lanciciensi sine pendente prefati vicarii Ploczenses super predicto debito duodecim marcarum communis monete
[illegible] de unanimi consensu et voluntate predictorum vicariorum ac ipsorum advocatorum proconsulis consulum et totius communitatis opidi Radzeow de mera ipsorum voluntate et unanimi consensu in Magnificum et [illegible] dominum Stanislaum [illegible]
Balemyno [illegible] et Petrum dictum Krysztka de Bedlno [illegible] pro perpetua concordia inter partes predictas fienda compromiserunt et sub pena predicta ducentarum sexagenarum de alto et basso compromiserunt qui tunc domini sententiam arbitralem
pronunciaverunt diffinierunt tali sub tenore quod ipsi opidani ab ulterioribus vexacionibus prefatorum vicariorum fuerint soluti et ab omnibus solucionibus sine debito prefatarum duodecim marcarum liberati et quittati. Et ipsi vicarii Ploczenses in redditibus sive in [illegible]
Wladislao duce Polonie de Theloneo Radzeowiensi exigere et recipere debuerint sub pena predicta ducentarum sexagenarum grossorum pragensium sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefati vicarii Ploczenses predictis sententiis arbitralibus
et pene vallate contravenientes [illegible] domino [illegible] opidi Radzeow per ipsorum commissionum litteras tales quales coram diversis iudicibus prefatos opidanos citaverunt perturbarunt et molestarunt fatigas et impensas infinitas
eisdem opidanis inferendo sic fuit et est verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefati vicarii Ploczenses sententiam diffinitivam licet iniustam et iniquam coram prefato domino Nicolao de Kyelkowicze asserto commissario talem qualem optinuerunt et
parte prefatorum opidanorum appellacione in [illegible] devolutam stante anno legali in contemptum Sedis Apostolice processus contumacie aggravacionis contra prefatos opidanos fulminaverunt extraxerunt ipsos etiam opidanos per loca diversa excommunicari et denunciari
[illegible] et insidiam sic fuit verum. Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefati vicarii Ploczenses predictis opidanis de Radzeow se male et iniuste de predicto debito ut dicitur [illegible] sentencia opposuerunt et opponunt. Quamvis prefati opidani pacem suam possent
Item ponit et ponit procurator ut supra quod prefata perturbacione vexacione fatigis impensis et expensis [illegible] impedimenta et dampna prefatorum vicariorum procuratorum predictorum opidanorum ad mille florenos una cum pena vallata ducentarum sexagenarum sibi pro
[illegible] estimat et taxat offerens se ea probanda loco et tempore suis. Item ponit et ponit ut supra quod de omnibus premissis habetur et est certa opinio et publica vox et fama. Petit igitur procurator nomine procuratorio quo supra per vos venerabilem dominum iudicem
commissarium vicariosque sententiam diffinitivam decerni pronunciari et declarari prefatos vicarios Ploczenses de foro proprio prefatos opidanos in Radzeow evocasse et coram iudicibus [illegible] in [illegible] temerasse nemo sententiam arbitralem duplicem in prefatis opidanis amplexasse
et per ipsos vicarios amplexatam fuisse et penam vallatam ducentarum sexagenarum in dicta concordia approbasse et approbatam fuisse predictos etiam vicarios per ipsorum litteras et indebitos tractus huiusmodi predicte pene vallate [illegible] et [illegible]
ad prenam prefati domini Nicolai asserti commissarii prefatos opidanos per litteras ipsorum indebite traxisse et tractos fuisse. Sententiamque diffinitivam iniquam et iniustam a [illegible] commissario optinuisse et optentam fuisse prefatos etiam opidanos
a prefata sententia de facto lata iuste appellasse et appellatos fuisse prefatos etiam vicarios Ploczenses pendente [illegible] processus excommunicatorios contra prefatos opidanos iniuste et dolose extraxisse et ipsis processibus contra omnem iuris disposicionem prefatos opidanos in
Radzeow excommunicatos provenisse ipsis opidanis in predicta causa se indebite opposuisse et ipsis per dictas vexaciones et perturbaciones incommode preiudicasse et preiudicatos fuisse ipsisque vicariis talia facere non licuisse prefatos etiam vicarios Ploczenses
contra [illegible] vexacionum perturbacionum fatigarum indebitorum tractuum preiudiciorum et dampnorum in mille florenis occasione vero contravencionis pene vallate et sententie arbitralis in ducentis sexagenis grossorum pragensium prefatis opidanis fore
condempnandos ac ipsis super ulterioribus vexacionibus impedimentis et dampnis perpetuum silencium imponendum per vos imponi quod debere iusticia mediante. Salvo iure addendi minuendi corrigendi ceterum quod iuris beneficio sibi semper per omnia
semper salvis. Protestatur etiam procurator predictus de expensis in lite factis et de faciendis et de appellando. Nos tunc dictis citatis et contumacibus reputatis in contumaciam eorundem omnia producta parte eorundem opidanorum Radzeowiensium
ad iudicium successive data producta per nostras sententias interlocutorias ad causam et articulos parte ipsorum opidanorum oblatos ad probandum admisimus et eos probare mandavimus. Et deinde nonnullis testibus coram certis commissariis inductis iuratis
receptis et examinatis eorumque dictis et deposicionibus in scriptis fideliter redactis coram nobis iudicialiter reproductis similiter in contumaciam
necessarios per edictum publicum decrevimus quibus citacionibus per prefatum Magistrum Iohannem de Wylczyna procuratorem de quo supra optentis et in dictis terminis in eisdem designatis prius in valvis sive portis ecclesie Gneznensis per edictum publicum debite executis
coram nobis iudicio pro tribunali sedentes reproductis quorum dictorum terminorum tunc prefatorum dominorum vicariorum Ploczensium et aliorum suorum procuratorum non comparencium contumaciam accusavit petens in contumaciam citatorum in causa concludi et pro concluso haberi
et sententiam diffinitivam ferri et promulgari. Nos tunc dictis terminorum tunc prefatorum dominorum vicariorum Ploczensium et aliorum suorum procuratorum non comparencium contumacibus reputatis dilacionibus necessariis tentis et observatis in contumaciam citatorum in causa conclusimus et habuimus pro concluso. Nichilominus visis omnibus
et singulis actis actitatis testium deposicionibus privilegiis instrumentis et aliis productis et munimentis ad causam datis factis et exhibitis ipsisque rite et racionabiliter recensitis ac equalance discussis matura inter nos deliberacione prehabita ad
nostram sententiam diffinitivam processimus quam premissa citacione per edictum publicum et coram nobis reproducta debite executa talem ut sequitur sub tenore. Christi nomine invocato pro tribunali sedentes et ipsum solum pre oculis
habentes de iurisperitorum consilio ac matura deliberacione inter nos prehabita per eam que in presenti causa coram nobis in vim commissionis Sedis Apostolice inter partes infrascriptas occasione duodecim marcarum pensionis annue mota et agitata deducti
probatis et allegatis vidimus et cognovimus. Per hanc nostram diffinitivam sententiam quam ferimus in hiis scriptis dicimus determinamus declaramus et pronunciamus honorabiles dominos universos vicarios ecclesie Cathedralis Ploczensis post concordias et
amicabiles composiciones inter ipsos dominos vicarios ex una parte et providos viros advocatum proconsulem et consules et totam communitatem opidi Radzeow Wladislauiensis diocesis ex alia pro et super dictis duodecim marcis pensionis annue sive census
annui et earum pretextu factas et subsecutas prefatos advocatum proconsulem et consules totamque communitatem opidanorum in Radzeow ad presenciam venerabilis viri domini Nicolai de Kyelkowicze prepositi et alias domini Custodis ecclesie Collegiate
in Lowycz sui subdelegati pene vallate in sententia arbitrali ducentarum sexagenarum apposite et per ipsas partes emologate et approbate contravenientes in vim commissionis Sedis Apostolice in causam traxisse servatisque terminis in prefatis
a gravamine per dictos iudices prefatos advocatum proconsulem et consules et ipsorum litisconsortes illato ad Sanctam Sedem Apostolicam per eosdem iuste et sancte appellatum et provocatum [illegible] sententiamque diffinitivam [illegible] et alias domini Custodis
sui subdelegati in preiudicium appellacionis dictorum opidanorum in Radzeow [illegible] in contemptum contumacia processisse sententiamque diffinitivam pro ipsis dominis vicariis [illegible] Nicolaum prepositum et alias Custodem
et consules et ipsorum [illegible] opidanos in Radzeow condempnando eosdem Sedis que Apostolice vilipendium et contemptum [illegible] ad solucionem duodecim marcarum pensionis annue singulis annis non servatis servandis iniuste et promulgasse
Et ideo dictam sententiam per ipsum dominum Custodem Lowiczensem iudicem subdelegatum [illegible] de et super predictis duodecim marcis census annui condempnacionem latam et promulgatam ac totum cause processum coram eo servatum
appellacionem factam cassandam annullandam irritandam revocandam fore cassari quod annullari revocari et retractari debere quam sententiam et processum cause nos cassamus annullamus irritamus retractamus et revocamus presentibus in his scriptis. Prefatos
advocatum proconsulem et consules totamque communitatem dicti opidi Radzeow ad impeticione ipsorum dominorum vicariorum Ploczensium absolvimus. Et super ulterioribus vexacionibus et perturbacionibus ac impedimentis dictarum duodecim marcarum eisdem
ipsis dominis vicariis Ploczensibus perpetuum silencium imponimus. Et nichilominus eosdem dominos vicarios totamque universitatem ipsorum ecclesie Cathedralis in Ploczka prefatis advocato proconsuli consulibus totique communitati opidi in Radzeow
occasione indebitarum vexacionum perturbacionum molestacionum in pena vallata ducentarum sexagenarum in sententia arbitrali adiecta et in metalibus expensis et fatigis in lite et causa legitime factis condempnamus et ad solucionem
compellimus. Quarum nobis taxacionem imposterum reservamus. Lecta lata et in scriptis promulgata est hec nostra sententia diffinitiva per nos Nicolaum de Lzechel licenciatum in decretis canonicum vicariumque in spiritualibus et officialem
Gneznensem generalem in domo habitacionis nostre ibidem ad iura reddenda et causas audiendas iudicio pro tribunali residentes Anno domini millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono Indiccione septima pontificatus
Sanctissimi in Christo patris et domini domini Pii divina providencia pape secundi Anno primo Die vero Veneris nona mensis Februarii presentibus venerabilibus et honorabilibus viris dominis Iohanne de Brandi Nicolao et Iohanne de [illegible]
canonicis ecclesie Gneznensis [illegible] in Szkrbnagorka Iohanne in Dambinya prochialium ecclesiarum Rectoribus testibus circa premissa. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sive presens publicum
instrumentum per Notarium nostrum Causarumque et facti huiusmodi coram nobis Scribam subscriptum scribi et publicari nostrique sigilli Officiolatus Gneznensis appensione iussimus et fecimus communiri

[illegible] (notarial sign)

Et ego Iohannes Nicolai de Stradunky (?) clericus Cracoviensis diocesis publicus imperiali auctoritate Notarius Et coram memorato Venerabili viro domino Nicolao de Lzechel in decretis licenciato Canonico vicarioque in spiritualibus et Officiali Gneznensi generali iudice a Sede Apostolica causae et partibus prescriptis subscriptis
delegato cause presentis Scriba dum prefata sententia [illegible] contestacionem commissionem [illegible]
omnibus et singulis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi
et audivi [illegible] presens sententie diffinitive publicum instrumentum me aliis arduis occupato negociis per alium fidelem scribi procuravi manu mea propria subscribens in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appensione sigilli Officiolatus
[illegible] prefati domini iudicis speciali mandato communivi et consignavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum

Przywiley Radzimcowy.

Processus inter Venerabiles Vicarios Plocenses et Cives Radzierowienses Consules [illegible] Anni[illegible] pendent[illegible]

1429

1459